ANDREAS CAPELLANUS. PUBLIUS OVIDIUS NASO
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 178r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Pars humeri tamen vna tui pars summa lacerti
Nuda sit et leua conspicienda manu
Hec vos precipue niuee decet hec vbi vidi
Oscula ferre humero qua patet vsque libet
Monstra maris serenesque erantque voce canora
Quaslibet admissas detinuere rates
Hys sua sisiphides auditis pene resoluit
Corpora nam socijs illica cera fuit
Et modo marmoreis referat audita theatris
Et modo philiacis carmina lusa modis
Nec plectrum dextra cithara tenuisse sinistra
Nesciat arbitrio femina docta meo
Saxa ferasque lira mouit rodopeius orpheus
Tartareosque lacus tibi gemitumque canem
Saxa tuo cantu vinder iustissime matris
Fecerunt muros officiosa nouos
Quamuis mutus erat voci fauisse putatur

[179] 178